Et fratre et filio et mercenario

Et si se duo vulneraverint mutuo unus cultello et alter gladio

Quod si se duo vulneraverint
mutuo unus cultello et alter
gladio, et vulnera utriusque mo-
nomochalia fuerint. Ille cum
gladio solvit manum, ille cum
cultello solvit collum, quia cul-
tellus furtivam infert mortem.

34 De vulneribus que pronunctaverit de quibus querulatur eodem die

Etiam si alter alterum vulnerat
et causam suam pronunctavit, sibi de-
bet iudicari in iudicium proximum.
Et si vulneratus fuit et vulnus
monomochale non fuit, et si non
comparuerit et conquestus fuit,
sibi iudicari debet ad proximum iudi-
cium. Sed cum autem vulnus monomocha-
le fuerit, tunc ingruenti sibi iu-
dex formam debet prestito mature iudicium.

35 Si vir alterum vulnerat

Si duo viri vulnerantur
et ambo coram iudicio compa-
rent et querimonias proponunt,
qui primam precellente queri-
moniam protestari poterit apud
suum adversarium duellum acquirit
super ipsum, si iusto modo salutavit,
et vulnus monochale fuit. Sed cum autem
duellum delatum fuit ad diem, et
si alter pugillem conquerit super
alterum, et si ille protestavit quod pu-
gil sit mercenarius, extunc iure a
duello sibi cedere potest.

36 Si vir alterum vulnerat, et ipsis pax indicta fuit

Si vulnerat vir alterum, et si
cautionem fideiussorie fecit utrique
ad iudicium, et si iudex ipsis pa-
cem indixerit, et si ipsum post
hoc occiderit, et si fideiussores
posuerit pro causa eadem, ipse ni-
mirum est evadere de homicidio
metu, cum ipsum protestare
possit. Sed cum autem coram iudicio
comparuerit, et si in iudicio ma-
num pax promissa fuit coram iudi-
ce et scabinis pro primo vulnere,
et si ipsum occiderit postea, hic me-
lius potest super eum protestari ipsum, ipse
evadere possit.

37 Si duo mutuo se vulneraverint et ambo querulaverint